



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Jacobi Llobetii Leodiensis E Societate Iesv, De Fortitvdine  
Et Constantia Christiana Libri Tres**

**Llobet de Lanthin, Jacques**

**Leodii, 1640**

§. 1. Quæ militari fortitudini sint aduersa?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49140](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49140)

## §. I.

*Quæ militari fortitudini sint  
aduersa?*

**P**AULUS ÆMILIUS militi tria di- Liuus  
cebat esse curanda: Corpus ut lib. 44.  
quam validissimum, & pernicissi-  
mum haberet. Arma apta: animū  
ad subita imperia paratū. Ad hunc  
spectant etiam illa tria, quæ in mi-  
lite desiderabat Brasidas. *Velle, ve-* Thu-  
*reri, Ducibus obedire, adde & con-* cyd. l. 5.  
tinentem esse, & æqui, iusti quiete-  
nacissimum. Hæc enim omnia si  
adsint, verè militem, id est fortem,  
faciunt, si absint, ignavum relin-  
quunt, nec militiam sapiunt, sed  
malitiam, qualis est plerumque in  
hac sæculorum fœce, quæ discipli-  
nam militarem exuit, atq; abiecit,  
de eâ ita Iustus Lipsius.

A a 4

Emunt

In Po-  
litic.

Emunt duces militem, non legunt: pecuniola proponitur, tympanum strepit, & ecce coëunt aliquot ignoti inter se, ignorantesque, purgamenta vrbium suarum, quibus ob egestatem, & maxima flagitia peccandi necessitudo est: assueti latrocinijs, bellorum insolentes, quorum lingua vana, manus rapacissimæ, gula immensa, pedes fugaces, quæ honestè nominari nō possunt in honestissima, nullam disciplinæ formam, nec extrema quidem eius lineamenta seruantes, lasciuientes certatim, inter quos omnia indisposita, temulenta, perulgilijs veneris, ac bacchanalibus, quam discipline, ac castris propria. Hi nec in procinctu, nec castris habentur, sed per municipia desides, hospitibus tantum metuendi effundunt

fundunt se in luxum, epulas, & nocturnos cœtus. Ibi circumferri merum largius iubent, debellaturi super mensâ Alexandrum, suas vires extollere docti, hostiū paucitatem contemnere; cœterum galeati lepores, & quibus ut ad populandos finitimorum agros, tectaque vrenda, & capienda pecora aliqua vis sit, ita in acie, & signis collatis nulla vis est: nec in victoriâ eis decus, nec in fugâ flagitiū. Ut omnia paucis, exercitus linguâ, quam manu promptior, prædator è socijs, & ipse hostium præda. Hactenus dicit calamo Iustus Lipsius qui aculeatâ oratione pungit, ac damnat eam militiam, quæ nihil aliud esse videtur, quam impunitas quedam, & licetia quidlibet audendi per fas, nefasque, quod quam alienum sit

Aa 5 à

378 DE FORTITUDINE  
à militari fortitudine ex dicendis  
patebit.

---

§. 2.

*Virtutes annexæ militari  
fortitudini.*

**F**ortitudo militaris in eo potissimum ciminet, quod hominem efferat ad ardua quæuis pro honestate, pro focis, & aris suscipienda, ad pericula adeunda, & pulchram per vulnera mortem; de quâ piè, & magnificè D. Bernardus sermone ad milites templi.

**C**ap. I. *Quam gloriosi, inquietabat, reuer-*  
*tuntur victores de prælio? quam*  
*beati moriuntur martyres in præ-*  
*lio; quasi diceret vir sanctus, parum,*  
*aut nihil interesset, stentne, an ca-*  
*dant, viuant, an intereant: vincant,*  
*an vincantur, si enim vincunt, triū-*  
*phatoris*